



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

V. De Rachel in partu extincta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

II. Honestia institutio morum seu disciplina
adsuetatio qua arcentur a peccatis per honestas
præcepta, minas, castigationem, exempla.

Tertium & summum est doctrina Domini, uera Dei agnitio & invocatio, quæ ex pura Evangelij doctrina solum hauritur. Hec eadem beneficiæ p[ro]p[ter]ia p[ro]p[ter]ius Magistratus quoq[ue] suis subditis debent pertiri, non solum ut uictum curet, & pacifico sit, & externa scelera, ut homicidia & adulterii puniat, sed multo magis, ut impios & idolatrias cultus tollat, & blasphemias prohibeat, & ueram Deo doctrinam tradi, & ueros cultus Deo precepit, Nam propter hanc causam precipue DEI sui nominis societatem Magistratibus imperit, quiens, Ego dixi, Dij estis.

III.

*De Cruce & Consolationibus integrum
dicam in Historia Ioseph.*

V.

DE RACHEL
extincta in partu.

Diuum & inenarrabile opus est Generatio hominis, & plenum ingentibus miraculis, que tamen non casu nasci homines, sed diuinitus formati sunt.

factum in alio matris, & quasi digitis Dei fingi, &
ali lacte matris transuso per Cotylidonas, ac edi
in lucem patefactis iuncturis oſis sacri, quæ nulla
humana ope aperiri aut claudi possunt: Hæc ortus
noſtri miracula ſepe cogitanda ſunt, & ſimul conſi-
deranda pericula & arumnae matrum, quæ ſepe
pariendi labore oppreſſe moriuntur, ut Rachel in
partu extincta eſt. Hoc exemplo ſinguli commone-
facti cogitemus, quanto periculo ipſi in lucem editi
ſumus, & agnoscamus Deum generationi ad eſſe, &
uitam ab eo dari & ali, ſicut ſcriptum eſt, in ipſo
uiuimus, mouemur & ſumus. Mariti etiam & ma-
tres familias hiſ exemplis ſe conſolentur in partu-
bus inſoclicibus.

VI.

H E R O V M F I -
ly noxæ.

Hiftoria de inceſto concubitu Ruben cum no-
verca, Primum illuſtre exemplum eſt Tragicorum
lapsuum & calamitatum, quæ etiam Sanctorum ho-
minum familijs ſæpè accidunt.

Secundo conſolatur pios parentes, qui propter
improbitas & turpitudinem & calamitates li-
berorum in acerbissimo dolore, quo nullus post ſen-
ſum iræ Dei maior eſt, uersantur.

Tertio monet Heroum filios plerūq; noxas eſſe,

f t &